



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt in altera parochia clericos alterius dioecesis episcopus nullatenus
ordinet. lxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

bus signis limes prouisus monstraauerit, Ecclesia cuius est
ius retentionis, sit eternū dominū. Quod & si limes le-
gitimus eandem basilicam non concludit, & tamen longi
temporis probatur obiecta præscriptio, appellatio præsen-
tis episcopi non valebit: quia illi tricennalis obiectio si-
lentium imponit. Hoc etiam & secularium principū edi-
cta præcipiunt, & præsulū Romanorum decreuit autho-
ritas. Sin verò infra metas tricennalis temporis, extra a-
lienos terminos basilicæ iniusta retentio reperitur, repe-
tentis episcopi iuri sine mora restituetur.

De episcopis qui contendunt de parochijs suis. Cap. LXX.

Ex cõcil. Africa - no. ca. 75 **P**lacuit vt quicumque episcopi plebes quas ad suā, ca-
thedram ælimant pertinere non ita repetūt, vt cau-
sas suas episcopis iudicantibus agant sed alio retinēte ir-
ruerint, siue nolentibus, siue volentibus plebibus, causæ
suæ detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fece-
runt, si nondam est inter episcopos finita contentio, sed
adhuc inde contendunt, ille inde discedat quem constite-
rit prætermisissis iudiciis ecclesiasticis irruisse, nec sibi qui-
que blandiatur, si à primatē vt retineat literas impetra-
rit: sed siue habeat literas, siue non habeat, cōueniat eum
qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacifi-
cè tenuisse Ecclesiam ad se pertinentem. Si autē ille ali-
quam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa
finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi
vicinos ex consensu delegerint.

*Vt in altera parochia clericos alterius diocesis episcopus
nullatenus ordinet. Cap. LXXI.*

Ex cõcil. Antio- che. cap. 22. **E**piscopus alienam ciuitatem, quæ nõ est illi subiecta,
non adeat, nec ad possessionem accedat, quæ ad eum
non pertinet, nec ordinationem ibi facere præsumat: nisi
ferte cum consilio & voluntate episcopi regionis. Si quis
autem tale aliquid facere tentauerit, irrita sit eius ordi-
natio, & ipse coërceatur à synodo.

*Vt nullo modo de parochia ad aliam Episcopus
transseat. Cap. LXXII.*

Ex eodem cap. 21. **E**PISCOPVS ab alia parochia nequaquã migret ad
aliam: nec sponte sua prorsus infiliens, nec vi coactus